Uamdiu Presupponendū est illud quod dicitur ī. c. romana. eo. ti. li. vi. vide q̄ licet q̄ licet appellans de iure habeat āniuz ad psequendam eius appellationez. ita q̄ non efficitur deserta nisi post annū. verūtamen iudex a quo potest illū terminū abbreuiare: z hoc vez respectu psequende appellationis: nō aūt respectu finiende z terminande appellationis. Casus. Tu z ego litigabamus. fuit lata sententia cōtra te. appellasti. Judex dedit tibi apl̄os assignando tibi terminū duoz mensium ad prosequendam tuam appellationem. Pendente illo termino duoz mensium compromisimus in arbitros. i. consensimus in aliqs arbitros qui haberent decidere causā principalem infra medium annum Queritur: vtrum pendente illo termino medū āni curat tempus assignatum ad petendū apl̄os Dicit q̄ nō currit illud tempus: sed pendēte termino arbitrij terminus assignatiōis quiescit. z finito compromisso habebis tempus quod restat. Sed quid si expresse z ex consensu nr̄o progauim⁹ terminū vsq; ānū. q̄ forte viget tempestas z pestis. quare ex communi cōsensu progauimus. i. plongauimus terminū assignatum. Utrū pendente progatione currat tempus assignationis. Dicit q̄ nō currit: immo ptes p̄nt facerz istam progationez nisi iudex ex suo officio videns periculū imminere p̄ciperz ptibz vt procederent. z incipet tūc currere a tē pore p̄cedēti quia forte est causa matrimonij vel electionis vbi imminet periculum h. d. b. re. Colligo aliqua notabilia. Et p̄mo q̄ pendente compromisso inter appellātem z appellatum non currit tempus assignationis ad prosequendaz appellationē tantū vel prosequendam z finiendam. Nota secūdo q̄ ptes ex commūi cōsensu aliter q̄ p̄ compromissum possunt ptelare z progare tempus ad prosequendā appellationez tantum vel psequendam z finiendam. Nota tercio q̄ iudex ex causa potest p̄cipe partibz vt procedant in causa appellationis nō obstante cōpromisso vel alio consensu p̄tium. Et sic ista clemētina addit tria ad auctenticā. Si tamen. C. de temporibus appellationū que sumitur ex illa auctentica. vt prima glosa dicit. Pio addit quia auctentica bene dicit q̄ pendente compromisso nō currit tempus ad finiendam appellatōnem. z nihil dicebat de termino assignatōnis ad psequendam tantum. Secundo. q̄ illa auctētica solū loqtur de p̄promisso z nō loquit̄ de progatione vel alio consensu ista clementina loquitur de omni cōsensu Tercio addit in hoc q̄ dicit q̄ iudex ō officio suo potest precipere ptibz vt procedāt z hoc ex causa videlicet quando causa appellationis desiderat celeritatem vt i matrimonio spirituali z c rnali

Nota ex dilatione. i. ex prorogatione. naz dilatio est tpis in causa prorogatio. vl' fm Bal. est tempus qđ habet certũ principiuz z certũ finẽ vel sic. Est tempus datũ a lege vel a iudice partiby ad veniẽdũ Et talis est duplex. scz prima q̃ dar ab hoĩe vel a iudice Secũda q̃ datur a iure vel a lege. vt pateť in rubrica de ferijs z dilationibus fm hostiẽ sem in sũma. ti. de dilati. §. i. Alie sunt citatorie q̃ dant vocato ad causam vel ad veniendũ ad iudicem ante litis contestationez infra quas citatus se ꝑparabit: vt veniat i termino. z nihilominus post terminuz de officio legati consuluit. Alie sũt dilationes restitutorie que dant his q̃ spoliati fuerũt seu sunt. vel que dãtur ad appellãdũ q̃ sunt decẽ dierũ vel ad restitutionẽ in integrum petendam que olim infra annũ vtilem: hodie infra quadriennĩũ continuũ dant. C. de in integꝝ resti. l. finali Alie sunt deliberatorie q̃ dant reis ad deliberãdũ de quiby. C. de litis contes. Alie sũt pemptorie q̃ dãtur volenti ꝑbare. de qby in. l. i. C. de dilationiby. Alie sũt executorie q̃ dãtur cõdemnato ad hoc q̃ satisfaciat de bis. l. ũ. C. de vsur. Alie sunt reuocatorie q̃ dant habenti ius reuocãdi domũ. ó quiby habeť. l. ũ. § legatis. ff. de iudicijs. Alie sũt vacatorie siue feriales. vt in. l. i. de ferijs. ff. eodẽ. z. xxv. q. iij. ꝑ totũ Alie sũt ꝓsecutorie que dant ad appellationẽ ꝓsequendam. de quibꝰ aucten. ei qui appellat. C. de temporibus appel. z hic in nostro ꝓposito. Alie sunt saluatorie z penitentiales Alie ꝑceptorie ó appellationiby. c. ꝑterea. Alie electorie. vt de conuersatione coniuga. c. ex publico. ff. de adoptionby. l. mancipioꝝ. z de electione. ne ꝓ defectu. Alie expertorie vt de frigidis z maleficiatis. c. laudabilem. Alie exemptorie. vt q̃ matrimoniuz accusare pñt. c. fi. Alie rufutatorie. vt de appellationibus psonas. z. c. requiris. ij. Alie exceptorie. s. ad ꝓponẽdas exceptiones concessas a iure de exceptionibus pastoralibus.

Appellanti Appellauí ab interlocutoria iudicialiter lata. vel a grauamine extraiudiciali. A grauamĩe hoc modo q̃ cũ essem canonicus ecclesie bituricenſ alij canonici volebant eligere ticium: appellaui ne eligeretur. z in appellatione inserui causam appellationis. quia dixi q̃ erat illegitimus. inueni q̃ hec causa erat falsa. volo ꝓsequi aliam. scz q̃ est excommunicatus: vtrũ possim. Dicit q̃ non. Sed quid si inder aliquis fecit me citari ad locum nõ tutũ z est notoriũ q̃ locus non est tutus. certũ est q̃ non teneor comparere nec appellare. verũtamẽ ex abũdanti appellaui pendẽte appellatione fui recõciliatus. ita: q̃ modo habeo tutũ accessum. aduersarius meꝰ vult purgare assignationẽ mihi factam ex ista noua causa. q̃ nũc patet tutus accessus vt̃ possit. Dicit q̃ ex causa supuenienti assignatio non iustificat. Et quid si inderit me citari. dixi q̃ non teneor respondere coram ipso. q̃ excommunicatus minori excommunicatione iuder interlocutus est contra me. appellaui. nunc dico. q̃ erat excoĩcatus maiori excommũicatione. vt̃ ex ista noua causa possim iustificare meas appellationem. Dicit q̃ non. hec dicit helyas. r. Colligo aliqua notabilia. Et ꝓmo q̃ appellans ab interlocutoria vel grauamine tenet causam grauamis exꝓmere. in sua appellatõne. nec ꝑt iustificare appellationẽ suam ex nouis causis expressis in appellatione. secꝰ si appellatur a diffinitiua quia nõ est opus exꝓmere causam. sed sufficit dicere Uolo a vestra sententia diffinitiua tamq̃ iniusta appellare. vel appello a vestra sententia diffinitia tamq̃ iniusta. Nota secũdo q̃ sicut appellatio nõ põt iustificari ex causa nõ expressa in appellatiõe: ita ꝓcessus iudicialis non potest iustificari ex causa coram iudice nõ ꝓposita vel de nouo expressa. fallit vt dictũ est in sentẽtia diffinitiua vbi non requirit expressio cause. z hoc verum nisi in casibus in quibus ius dicit appellationem non eẽ admittendam. quia tunc causa etiam in diffinitiua eſt exꝓmenda.

i appellationem.

ſ Casus. Tu z ego litigabamus coram officiali bituricensi ipse tulit sententiam ꝓtra te infra. xxx. dies nõ petisti apłos vel si petisti: non comparuisti in termino tibi assignato ꝑ iudicem a quo ad dandus tibi apłos. vel si comparuisti tũ nõ intro-

duxisti tuã appellationẽ infra terminũ tibi assignatũ. tũ postea psecutus fuisti tuã appellationẽ. Utrũ non obstãte psecutione prima sentẽtia trãsierit in rem iudicatã. dicit q̃ sic.h.d.h.r. Colligo aliq̃ notabilia. Et primo q̃ p negligentiã appellãtis efficitur appellatio deserta id est pinde habeꝫ ac si non fuisset appellatũ: nec tũc fiet devolutio ad superiorem. No. scõdo q̃ appellat⁹ põt psequi causam appellationis appellante nõ psequente. quia appellãs põt renũciare appellationi quo ad effectũ eius ita q̃ appellatio deserta non assumit vires ex prosecutõe. Nota ergo sniam totiꝰca. videlicet q̃ snia a qua fuit appellatũ transit in rem iudicatã ac si non fuisset appellatũ dũmodo appellatio nõ fuerit psecuta sed deserta. puta lata ẽ sententia cõtra me a qua appellaui. sz infra triginta dies nõ petij apl'os. Querit an tal' sentẽtia trãsiuerit in rem iudicatã ac si nõ fuisset appellatũ. Dicit q̃ sic. Sed pono q̃ post triginta dies petij apl'os z psequor meam appellationẽ. Quero an ista psecutio impediat executionẽ sententie. certe non: quia postq̃ transiuit in rem iudicatã potest mãdari executioni infra temp⁹ legittimũ. forsan infra quattuor menses qui dantur iudicatis ad soluendũ iudicatum.

Cum a repulsione

Tu z ego litigabam⁹ coram archidiacono picta. posuisti defensiones pemptorias ad excludendã intentionẽ meã. archidiacon⁹ interlocut⁹ est illas defensiões nõ debere admitti nec esse admittẽdas. Appellasti de archidiacono ad officialez epi q̃ confirmauit sententiã interlocutoriã archidiaconi. Secũdo appellasti de officiali epi ad archiepm burdegaleñ. qui etiã confirmauit illas duas sententias cõtra te latas. certũ est q̃ tu nõ posses ampliꝰ appellare. Tu reuersus ad archidiaconũ q̃ cognouit sup principali etiam sentẽtiã d̃ diffiuitiuã tulit contra te z iterũ ab illa sententia diffiniti/ua appellasti. in causa appellationis vis allegare exceptiones pemptorias que fuerũt repulse a principio. Querit vtr̃ possis. Dicit clemens q̃ non: nisi repulse fuerit quia eas ponebas ineptez nũc in causa appellationis ponis rite. q̃ forte allegabas pscriptionem. z non allegabas bonã fidẽ z titulum: z ideo archidiaconus illas nõ admisit. Nũc vero proponis bonam fidem z titulum. ideo possunt admitti in cã appellationis.

De vita z honesta. cle.

Uisum est sup̃ de iudicijs z singulis ptibus iudiciorꝫ. vex q̃ clerici in sacris cõstituti dñt ab ipsis abstinere p ca. vnicum .s. de sindico. z sup̃ de postulando per totũ ideo post illa annectit rubricam ẽ. vel sic.

Uisũ est sup̃ de iudicijs z singulis ptibꝫ iudiciorꝫ a quibꝫ clerici debent abstinere. Et quia nõ solum ab illis dñt abstinere: sz etiã a vita z moribus malorꝫ dñt abstinere vt pstent exemplũ bonevite ceteris: ideo ẽ vl'sic. Uisũ est supra de actibus iudicialibus: nũc videndũ est de actibus extraiudicialibus qui ꝓpetũt tã laicis q̃z clericis Et q̃ clerici sũt digniores: ideo premittit de actibus ꝓpetentibus clericis. z postea determinat de actibus cõpetentibus laicis.

iocesanis

Quidam iuuenis constitutus in pñtia romani pontificis q̃siuit ab eo. Utr̃ omes artes cõperant clericis ex debito sue honestatis Et respondet ro. pon. q̃ non: immo si velint euitare penas hic contentas ipsi dñt abstinere ab officio carnificũ z ab officio tabernariorũ. Et spectat ad officiũ diocesani vt clerici abstineant ab istis officijs. Sed querit quibꝰ penis diocesani possint cõpellere clericos vt abstineant ab istis officijs. Dicit q̃ nõ bñficiati z ñ existentes in sacris debẽt moneri: vt a talibus officijs desistant. z si nõ desistent z sint ꝓiugati: ipsi amittũt duo ꝓuilegia clericalia vcz q̃ quis verberãdo non incurrit sententiã excõmũicationis: z pro crimine poterũt cõueniri coram iudice secularí. Si ipsi nõ sint cõiugati perdũt priuilegiũ in rebus suis tm. q̃ tenenꝫ soluere sbsidia extraordinaria de rebus suis. h.d.h.r Colligo aliqua notabilia. Et primo nota: duo officia ꝓposito clericali non conuenientia. scz. officium carnificis: z officiũ tabernarij. Nota q̃ clericus coniugatus si exercet illa officia ipse perdit duo priuilegia clericalia, de quibus in glo: Sed nõ cõiugati

perdũt priuilegiũ qõ eis cõpetit in reb⁹ su/
is. No. cõmerciis. Cõmerciũ cõmertij. cio
n. s. i. pluribus rebus vna venditio. vl' di/
uersarũ rerũ cõmutatio. vt si quis daret vl'
comutaret mantellũ cũ papa vel ecõuerso.
vñ dicit cõmerciũ quasi ꝓmutatio merciũ
Illa vero mirabilis incarnatio ihesu xpi
fuit cõmerciũ quasi cõmutatio mertiũ scili
cet diuinitatis z humanitatis. Nam homo
quodamodo concessit humanitatẽ. de⁹ ho
minilargitus est diuinitatem. Descẽdit di
uinitas: ascendit humanitas et exaltata est
sup choros angelo⁹. vñ canitur. O admi
rabile commercium creato⁹ generis huma
ni animatum corpus sumens. ꝛc.

q uoniam Usum est supra q̃
liter clerici debent
abstinere a quibusdam artib⁹ Sz
queritur vtrũ debeãt abstinerẽ a quibusdaz
vestibus: vel vtrũ sit eis licitũ vti quibus/
cũqz vestibus. Dicit q̃ clerici dñt abstinerẽ
a veste diuerso colore colorata z si vtantur
publice ipi incurrũt penas hic contentas
Sz querit nũquid presbiteri possunt por/
tare caligas scacatas. Dicit q̃ non. Hec di
cit helias regnerij. Colligo aliqua notabi/
lia. Et primo q̃ p decentiã exteriorẽ cogno
scitur honestas mor interior. Nota q̃ cl
rici phibent portare vestes diuersis colori
bus coloratas. vñ si sint clerici beneficiati
ipo facto sunt suspensi a pceptione fructuũ
sui bñficij p sex mẽses. si non sunt benefi
ciati tũc p sex mẽses sunt inhabiles ad ob
tinendũ beneficiũ quodcũqz. Si vero sint
in dignitate cõstituti tũc magis puniũtur
Nota qõ clerici interueniente causa suffici
ẽti puta causa timoris pñt assumere vestes
laici. Nota virgata. i. viridi. No. sanxim⁹
vt supꝛ in clemen. cũ illustio. de renũciatione
No. censemus vt supꝛ in clemẽ. causam. de
electione. Nota tonsuram. i. coronã cleri/
calem. de tondeo Nota. deferentib⁹. i. por/
tantibus defero defers detuli qõ est cõpo/
situm de fero fers vt. s. in clemen. si ante. ꝛ
dolo z cõtumacia. Nota psonatũ psonat⁹
tus tui. z psona. f. ge. est rationabilis crea/
ture individua essentia. Et scõm hoc perso
na videtur spectare ad deitatem. Item per
sona dicitur histrio representator come/
diarũ. quia diuersis modis personat diuer
sas personas representando. z hinc psona
dicitur in grãmatica ipm suppositiuz. qñqz
ꝓprietas suppositi quandoqz ꝓprietas vocis
qñqz vox ipa. quãdoqz modus significan
di personalis ꝓprietas. Item psona dicitur
in eccl'ia q̃ dignitatem habet pre ceteris z
ab histrione sumptũ est qui diuersas perso
nas representando diuersos solet accipere
ornatus scõz dignitatẽ psone quã habeat
representare vt psona dicat in eccl'ia que p
sonatus ór. nam scõm diuersos gradus di
gnitatis psone distinguit in ecclesia. et hic
etiã tractũ est vt in grãmatica vna persona
dicatur prima alia secũda alia tertia qõ fit
ratione dignitatis. Inde venit hic perso/
natus tus tui. dignitas vl' officiũ psone fm
bu. z hec personalitas tatis Nota per decẽ
tiam. id est per cõuenientiam habitus. q̃a
omnes habitus non sunt conuenientes cle
ricis. Nota in fine presertim. i. maxime.
Nota scacatis. nota q̃ scatio dicitur clau/
dum vel claudico siue inequalitas. z est gre
cũ. z inde sumptũ est hoc nomen scacat⁹ ta.
tum. z dic caligis scacatis. i. inequalib⁹ gl.
tractat pro residuo.

de prebẽdis z dignita

tibus.

Usuz est supra de vita z honestate cleri
coꝛ: verũ quia clerici nõ pñt viuere nisi ha
beant beneficia z dignitates vnde cõmode
possint vitam sustentare ideo ꝛc.

i dignitatem Presuppo

nẽdum est
qõ habetur in. c. cum in illis. co. ti.
sn sexto. qr ad eius declarationez fuit facta
hec clementina videlicet q̃ si papa mãdet
puideri alicui de aliquo beneficio virtute
illius mandati non potest prouideri de be
neficio curato nisi expresse fiat mentio de
beneficio curato. Secũdo ꝑsupponendus
quod dicitur in eo. c. cum in illis. q̃ si papa
mandet puideri de aliqua dignitate vel p/
sonatu illius mandati nõ potest prouideri
de dignitate electiua. nisi expresse caueatur i
litteris de beneficio electiuo. Casus. Da
bebam vnam dignitatem volui habere ali
am. c⁹ collatio pertinebat ad papã quia for
te collationem illius dignitatis sibi refer/
uauerat vel vacauerat in curia romana. vt

forte impetrauerã ab ipo iure preuentiõis porrexi preces supplicatorias pape vt mihi conferret illã dignitatem ꝛ in pcibus cõti/nebatur ꝙ habebã aliam dignitatem ꝛ pe/tebam dispensari ad obtinendã aliam in q̃ iminebat cura animaꝝ papa dispensauit. i litteris non fuit appositũ ꝙ illi dignitati i/minebat cura aiaꝝ. sed tñ apposita fuit hec clausula. puiso ꝙ cura aiarũ nullaten⁹ ne/gligatur: Querit vtrũ illa clausula sit suffi/ciens vt mihi puideat de illo bñficio cui i/minet cura aiarũ. Dicit clemẽs ꝙ nõ: nisi in litteris ponat talis clasula. puideas tli ha/benti tale bñficiũ cui iminet cura animarũ de tali beneficio cui etiã iminet cura aniaꝝ. Sed q̃d si papa mãdet ꝙ mihi puideat de dignitate ad cuiuscũq; collatõnẽ: puisionẽ: vel institutionẽ ptineat. ꝛ nõ dicit electiõez tñ in prohibitione fecit mentionẽ de electõ ne sic dicendo. Inhibeatis oibus ad quos ptinet institutio vl̃ electio vt nihil habeãt attentare in p̃iudiciũ nostri. Querit vtruz stute illius rescripti possit mihi puideri ꝺ dignitate electiua. Dicit ꝙ nõ nisi fuerit e/tiã facta mẽtio de dignitate electiua in par te disposittua rescripti. vñ in rescriptis apli cis sunt multe ptes. scz salutatio. oꝛordiuz narratio. dispositio. ꝛ prouisio. h. d. h. r.

Colligo aliqua notabilia. Prio iũcta glo. ꝙ licet papa in litteris gratie faciat mentõ nem de beneficio aliquo incõpatibili. nõ p pterhoc videtur secũ dispensare. sed solum mentio illi⁹ bñficij incõpatibilis hoc opak ꝙ collatio alterius non erit subreptitia. c. nõ põt. eo. ti. in. vi. Et hoc veruz nisi papa ꝓprio motu illi ꝺcederet bñficiũ. c. ꝓprio mo tu. eo. ti. in. vi. imo scõo impetrãs debet pe tere pape vt secũ dispenset: alias non possz obtinere. Ho. secũdo ꝙ impetrãs aliꝺ bñ/ficiũ debet facere mentionem de qualitate sui beneficij an fuerit dignitas cui immiẽ/at cura animarũ vel non. Tercio noto dif ferentiam inter litteras gratie. ꝛ litteras iusticie. quia littere gratie viciantur: ꝛ sunt ipso iure nulle. si fuerunt obtente per subre ptionem. Littere veroiusticie nõ sunt ipo iure nulle. sed veniunt annullande per ex/ceptionem ca. dilecta de rescriptis in anti. Noto ꝙ executoꝛ mandati apostolici nõ potest alicui prouidere de dignitate electi/ua: nisi fiat expressa mentio de dignitate e/lectiua: in mandato in parte dispositiua. Ho. [dispensantes] dispensatio est iuris cõmunis puida relaxatio vtilitate seu ne/cessitate pensata. scõm guiller. in spe. ti. de dispen. Vel sic. dispensatio est rigoze iuris per eum ad quem spectat canonice facta re laxatio. i. q. vij. nisi rigoze. ꝛ c. sed [apitur ta men dispensatio improprie scilicet pro iu/ris declaratiõe. vt in. c. quinta uallis. de iu reiuran. ꝛ dispensatio venit de dispẽso sas. largiter donare. diuidere. distribuere. dis/ponere. vel deliberare. Haz aliquotiens li bere concedit dispẽsando que de iure com/muni non concederentur. Et credo ꝙ dis/pensare respectu pape est idem ꝙ priuilegi um dare respectu principis.

per litteras. Casus. Pa. mandauit re uerendo in xpo patri ꝛ domino do mino iohanni cozdis diuina fauente gra/tia bituricen. archiepo vt mihi quieram ꝺ sua dioceſi prouideret de beneficio primo vacaturo sub hac forma. siue esset dignitas vel personatus. vel ei immineret cura ani/marũ: siue aliud beneficium ad quod quis cõsueuerit assumi per electionẽ. siue quod/cũq; aliud beneficiũ ecclesiasticum. Vaca/uit hospitale vel elemosinaria vl̃ lepꝛosaria Queritur vtrum ista loca pia compꝛehen dank sub illa clausula. Dicit ꝙ nõ. nisi expr̃s/se fuerit dictũ de istis locis nec sufficit clau sula generalis siue cuiuscũq; cõditiõis fue rit illud beneficium ecclesiasticũ etiam po sito ꝙ illa loca pia haberẽt iura spiritualia puta decimas sepulturas. h. d. h. r. Colli/go aliqua notabilia. Primo noto ꝙ in ma teria odiosa appellatione beneficij eccleſia/stici non veniũt ista loca pia de quibus in littera ista dicitur. Et insurgit istud odiuz ꝙ ista loca pia sunt ambicio sa. Item vti/uitetur votum captande mortis. Noto ꝙ ad hoc vt ista loca pia cõpꝛehendank sub g̃ tia non sufficit mentio sub clausula genera li cuiuscunq; conditionis sit beneficium ecclesiasticuz sed oportet ꝙ de illis fiat mẽ tio expꝛessa hoc modo. siue sint hospitalia vel elemosinarie vel lepꝛosarie. Nota text⁹ [directas] id est missas. ꝛ venit a dirigo g̃ direxi quasi in diuersam partem rego. Et

ōra di z rego regis. z cor. ri. vñ dirige gressus meos. i. rege gressus. i. passus meos

¶ **iplures.** Presupponendum illud quod dictum in. c. de multa. eo. ti in an. videlicet q si alicui obtinenti dignitatē vl' psonatū vl' eccl'iam prochialem conferatur aliud simile beneficiū incōpatibile z accipiat possessionem pacificā illius: tūc vacat ipo iure primū: ita q collator poterit illud pferre Lasus. Ex dispensatione tenebaz duas dignitates vel duos personatus vl' duas ecclesias parrochiales: vl' vnam dignitatem z vnam ecclesiam parrochialem vel personatum: z vnam dignitatem. vel duo beneficia incōpatibilia. fuit mihi collatum terciū beneficiū simile. Istud terciū acceptaui z adeptus fui possessionē pacificā. Queritur vtrū duo beneficia superiora que obtinebam vacēt ipo iure. vel vtrū tantū vnuz ex illis. Dicit clemēs papa q duo ꝑma bñficio vacāt ipo iure sicut si tenerem tm vnū sine dispensatione p adeptionē alterius similis beneficij vacat primū ipso iure. p dictuz. c. de m'ta. eo. ti. in an. b. d. b. r. Colligo aliqua notabilia. Et primo iūcta. glo. q quis non potest obtinere duo bñficia incōpatibilia sine dispensatione. tamē epūs posset dispensare in duabus dignitatibus: nō autem in duab⁹ eccl'iis prochialibus. De hac materia vide panor. in ca. dem'ta ō preben. in anti. Noto q beneficia que requirunt residentiaz persone dicuntur incōpatibilia quia nemo potest esse in duobus locis simul z semel naturaliter. Noto q si alicui habēti duo beneficia incōpatibilia ex dispensatōne conferatur terciū z habuerit pacificam possessionem illius tercij. ipo facto vacant duo prima. vnō dispensatus ad duo beneficia incōpatibilia sua dispensatō non se extendit nisi ad duo beneficia que p mo obtinebat. ca. non potest. eo. n. in vi. et si vellet dimittere vnū z aliud acceptare nō posset nisi illud caueatur in sua dispensatione q possit dimittere vnum vel ambo z aliud acceptare tunc debet eligere vnuz de duobus primo q si detur sibi ipe non debz acceptare aliud. sed prius debet dimittere vnum de obtentis. Sed si nolit se ponere in isto periculo quia forte secundum beneficium est litigiosum: tunc coram tabellione debet protestari q habita pacifica possessione illius secundi beneficij ipse non intendit tale primum beneficiuz retinere. sed intendit resignare illud in manibus alicuius tercij.

¶ **iromanus** Presupponendum est quod habetur in ca. fi. supō officio ordinarij videlicet q si beneficiatus impetret aliud beneficiū a papa in impetratione secundi benficij debet facere mentionē de p mo obtento z si non faciat intentionez sua impetratio erit subrepticia. Lasus. Obtinebam duo beneficia simplicia vel nō simplicia cum dispensatione vel sine. roman. pōcia cum dispensatione vel sine. roman. pō. ꝑprio motu contulit mihi aliud beneficiū z non. facit mentionem de obtentis. Queritur vtrum illa collatio sit subrepticia. Dicit clemens q non: quia proprius mot⁹ tollit omnem subreptionem. tamen per illam collationem papa non videtur mecum dispensasse de obtentis beneficijs incōpatibilib⁹ si illud beneficiuz sit incōpatibile ni si istud dicatur in collatione Queritur quādo cognoscemus q papa proprio motu michi confert beneficiū vel quando cōfert ad preces mei. Dicit clem. q romanus pontifex non videtur michi conferre beneficium ꝑprio motu nisi expresse illud dicat in collatōne vt in ca. si ꝑprio motu. eo: ti. in vi. hec dicit. b. r. Colligo aliqua notabilia. Primo noto q ꝑprius motus pape validat gratiam contra vicium subreptionis id'est validat gratiam vt illa gratia non dicatur subrepticia. Aliam autē inhabilitatem illius pro quo scribitur non tollit nisi aliud exprimatur. etiam si illa inhabilitas surgat ex detentione plurium beneficiorū incompatibilium. vt glo. in ver. validam. quam tenementi z maxime in eo q postea dicit satis esse illi clausule q certuz operet effectū. z adde hic aliam glosam que habet supō. eo. ti. in clemen. ij. in ver. directas. qua dicit q motus proprius non ampliat gratiam vel vim verborum licet excludat subreptionem.

¶ **ide beneficio** Lasus. Pa. mão dauit priori sancti cirici de coldu/

no vt michi prouideret de primo beneficō vacaturo in collatione epi lemouicē. vacauit beneficiū per tantū tempus q collatio deuoluta fuit ad capl'm ecclesie lemouicē. secōm tenorem.c.nulla. de cōcessione prebē de in anti. Queritur vtrū de isto beneficio michi possit prouideri virtute mee gratie seu mandati ita q prior sancti cirici executor possit michi prouidere de beneficio illo qō deuolutum est ad capl'm. Dicit clemens q non quia papa per suas litteras non intendit grauare nisi epm lemouicē. z nō capl'm Sed beneficiū vacauit per tantū tempus q collatio deuoluta est ad papaz. queritur vtrū virtute mee gratie possit michi prouideri de illo beneficio. Dicit clemēs q sic. z sic gratia conceditur in preiudiciū cōcedē/tis. Sed quid si collatio beneficij pertinz ad inferiorem: puta ad abbatē qui prelat⁹ fuit negligens in cōferēdo: ita collatio deuoluta est ad epm. q̄r vtrū illud beneficiū z cadat sub gratia mea q̄ diu est infra sex menses in quibus epus potest conferre. Dicit q sic. h.d.h.r. Colligo aliqua notabilia. Primo qō quādo epus est grauatus vt aliquis executor de beneficijs ad epm pertinētibus prouideat alicui tūc executor pōt prouidere de beneficio eius collationi spectāte iure deuoluto siue etiam ad eius collationem pertineat originaliter. Nota q executor poterit prouidere ō beneficio spectāte ad collationē epi. etiam si deuolutio fuerit facta ad roma.pon. Et hoc est verū duz tū deuolutio habeat inicium in psona epi originaliter. q primo collatio ptinebat ad epm. secus si deuolutio habuit iniciū in psonam alicuius inferioris z collatio ppter negligentiam inferioris fuit deuoluta ad episcopū z de epo ad papā. z possem reddere rationē. quia duz papa mādabat executori vt mihi prouideret de beneficio vacaturo in collatione epi: ipe solum volebat grauare ipm epm. sed si ipse cōferret beneficiū qō fuisset sibi deuolutū. ipe non videret grauatus z q consequens intentio pape nō adimpleretur. Item si papa cōferret vl' executor illō beneficiū qō sibi deuolutū fuit ab epo qō etiam ad epm fuerat deuolutū per negligentiam prelati inferioris ipse exoneraret epm ita q epus non amplius teneretur cōferre beneficiū quare executor non poterit prouidere ō beneficio quod deuolutuz est ad ipsum papam per deuolutionez epi.

Iuxta. Presupponendū est q quis nō pt obtinere duas prebendas in vna eadem ecclesia. c.nulla. de cōcessione pben. in anti. Casus. Papa mandauit epo capitulo eccl'ie rutinensis vel pictauēsis vl' bituricēsis vt me reciperēt in canonicū z fratrē. z vt mihi assignarent prebendā vacantē vl' primā vacaturam z etiam q assignarēt dignitatem vacantē vel dignitatē vacaturaz Fui receptus in fratrem etiaz fui adeptus possessionem eiusdem pbende postea vacauit dignitas cui annexa est pbēda. puta archidiaconat⁹. Queritur vtrū possum acceptare dignitaten cum pbenda. videt q nō. quia in ista ecclesia non possum habere duas pbendas. tamē ro.pon. decidit cōtrarium. sed per adeptionē dignitatis z preben de sibi annexe p̄ma pbenda vacat ipo iure z collator pōt illam conferre. hoc dicit. h.r. Colligo aliqua notabilia. Primo q si mādatur prouideri per rescriptuz pape alicui de dignitate an prouideri possit illi de dignitate habente pbendā annexaz. glo. est in ver. mandati. que videtur in hoc dubitare z p̄mo dicit q hoc egeret declaratione. In fine vero sentit q debeatur. sed loquitur cū mandatur prouideri de dignitate alias habenti prebendā a capitulo. Nota q expectans pbendaz ex gratia apl'ica non potest acceptare prebendā dignitati annexam. q dignitas que est principalis non est debita. secus si expectat dignitatem tunc em̄ illā potest acceptare. licet pbenda sit ei annexa

de concessio. prebende z ecclesie non vacantis.

Visum est sup̄ de prebendis z dignitatibus: veruz quia aliquis dubitare posset vtrum prebende: dignitates: z alia beneficia ecclesiastica possint conferri anteq̄ vacent vel etiam promitti. ideo annectit rubricam de concessione pbende.

c um ei. Presupponendum est q si papa mandet alicui prouideri de beneficio ecclesiastico vacante alioquin de proxime vacaturo

rō licet collator non obediendo mandatis apostolicis male faciat: tamen si conferat alteri collatio valet. ex quo mandatū nō cōtinet decretum irritans: alias si haberet decretuz irritans collatio alteri facta eēt nulla. Et appellamus decretum irritans istaz clausulaz que consueuit apponi in mandatis apl'cis scz decernentes in irrituz & inane quicquid in p̄iudicium mandati nostri attentatum fuerit: vel decretū est quādo papa mandat epō vel archiepō: conferas beneficiū p̄lo vacaturꝫ tali: qō si nō fecerīs & alteri fecerīs collatōz oia sint irritaz vana. Cai⁹ Aliquis pauper clericus p̄motus ad sacros ordines sine titulo vñ possit sustētari: accessit ad apostolicam sedez & notificauit pape q̄ suus epūs sine titulo euz ordinauit & q̄ recusauit sibi p̄uidere ꝺ aliquo beneficio vnde possit sustentari adeo q̄ ipe clericus cogitur mendicare: papa deputauit aliq̄s ad ipm examinandū an esset ydoneus scia ad obtinendū beneficiū. hoc facto q̄ cōstitit pape q̄ erat ydoneus ipe mādauit epo cū decreto irritantevt si cōstaret istum pauperem clericū esse. vite laudabilis. & honeste cōuersatōis sibi cōferret beneficiū certiva/lozis. puta. xx. vel. xxx. libraꝫ. vel etiā minoris volozis si ipe vellet acceptare. anteq̄ executoz istarum litteraꝫ p̄mississet inq̄sitionē sup̄ vita laudabili istius clerici paupis vacauit beneficium valozis. xx. vl. xxx. libraꝝ. quod beneficiū ordinarius contulit alteri. Queritur vtrū valeat talis collatio. videtur q̄ non. quia in mandato continebatur decretuz irritans quod ligat manus ordinarii ne possit conferre illud beneficium Tamen dicit roma. pon. q̄ collatio per ordinariū facta valet quia decretum erat condicionale. vel etiaz ponamus q̄ executoz fecerat inquisitionam super vita & honestate istius clerici. tamen beneficium istud erat minoris valozis. xx. vel. xxx. libraꝝ & scribebat sub conditione si vellet acceptare & an/q̄ iste clericus illud beneficium acceptasset ordinarius contulit alteri. Queritur vtrū valeat collatio. Dicit q̄ sic. Sz quid si mādabatur isti clerico p̄uideri de beneficio vacante vel p̄roximo vacaturo si infra mensem ipe acceptat cum decreto irritante: tamen ordinarius contulit alteri infra mensem. Queritur vtrum valeat collatio. Dicit q̄ non. quia tempus videtur apponi in fauozem acceptantis. Sed queritur quando dicatur iste clericus acceptasse beneficium vtrum solum quādo exprimit verbuz acceptationis coram executore dicendo. accepto illud beneficiū & peto vt mihi conferatis. vel quādo non exprimit accepto. sed tantū dicit conferatis. Respondet q̄ sufficit petere collationē beneficij sine expressione verbi acceptationis. Sz queritur quādo currit tempus illius mensis infra quez pauper clericus potest acceptare. Dicit q̄ temp⁹ incipit currere a tpe scientie & noticie quo ipe scit beneficiū vacare. sed queritur vtrum ad hoc q̄ ipe dicatur habere noticiam & scire beneficiū vacare requiratur q̄ aliquis sibi notificet dicendo. vade ad collatorem vacat tale beneficiuz qō potes accep/tare infra mensem. Respondetur q̄ hoc non requirit: imo dicitur habere noticiaz vacationis illius beneficij ex quo vacauerit publice imo sibi imputabitur si ipe non fecerit inquisitionē. h. d. b. r. Nota primo iuncta. glo. q̄ papa scribit p̄o clerico pauperе ipe ꝺsueuit illum facere examinari vtrū sit scientia ydoneus. postea mandat vt sibi conferat beneficium si constiterit q̄ sit vite laudabilis & honeste cōuersationis. Noto secundo q̄ quādo scribitur p̄o clerico pauperе sub forma predicta cū decreto irritāte illud mandatū nullas habz vires nisi p̄⁹ constiterit de vita laudabili. ideo est cōsiliū q̄ impetrans citius q̄ poterit faciat inq̄ri de sua vita & conuersatione. Noto q̄ si mādetur episcopo vt conferat beneficium certi. valozis ipe episcopus non potest conferre beneficiuz maiozis valozis nec minozis quia verba gratie non sunt ampliāda nec restringēda. No. q̄ decretum conditionale irritans non habet effectuz nisi impleta cōditione. Noto. q̄ quando papa scribit cuz decreto irritante si acceptet infra certuz tēpus manus ordinarij sunt ligate vsq̄ ad illud tempus. Noto q̄ non refert q̄ quis acceptet beneficium verbo vl re ipa.

De rebus ecclesie non alienandis.

Visum est supra de concessione prebē

de aliquis posset dubitare. vtr res ecclesie possint alienari vel nō: ideo annectit rubricam de rebus ecclesie

onasteriū Quidam religiosus prioz a licuius prioratꝰ vel habēs aliquā admīstrationē in abbatia nr̄e dn̄e de etol/ duno cōcessit alicui ad suā vitā redditus z fructus sue admīstratōis siue prioratus z hoc fecit sine cā rōnabli vel si fecerit cum causa tñ sine decreto abbatis: q̄rit vtr valeat talis concessio. Dicit q̄ non: z cōcedēs incurrit penas hui⁹. c. Sed querit vtr religiosus possit locare vel dare ad firmam. aut vendere ad modicū tēpus fructus sue admīstrationis siue prioratus. dicit q̄ sic: b. d. b. r. Nota q̄ religiosus nō pōt alienare fructus z reddit⁹ sui pozat⁹ siue admīstrationis ad magnū tēpus. z si contrafecerit: incurrit penā suspēsionis: q̄ suspensio etiā suspēdit a predicatione. z si celebrauerit: incurrit irregularitatez. Nota ibi conuentus q̄ abbates aliqñ habēt speciale iurisdcōnē in priozib⁹ sibi subiectis z tūc alienatio fructuū z iurū pozat⁹ pōt fieri cū consensu abbatis z conuētus seu etiaz capituli qñ capitulant z nō requiritur cōsensus episco. Et istud hodie seruat. q̄ priozes faciūt decretari istas alienatōnes in capitulo generali. Nota q̄ bñficiatus potest locare fructus sui prioratus ad modicū tempus. Sed q̄ritur q̄ tēpus dicit modicū. Quidā dicūt p ca. fi. ne prelati vices suas in anti. q̄ beneficiatus pōt locare fructus sui beneficij ad septem annos. sed cōmūis opinio est: q̄ potest locare ad decem annos. Nota q̄ cupientes occurre re dispēdijs. i. dānis. q̄ melⁱ est añ tempꝰ occurere q̄s post causam vulneratam remedium querere. Nota inhibem⁹ ppetuo edicto. id est prohibemus statuto in eternum duraturo. q̄ volumus q̄ istud edictum siue statutum de rebus ecclesie non alienandis sit perpetuum: ita q̄ nunq̄s alienētur res ecclesie. Nota redditus tus tui penultima correpta. z dicitur a redeo redis. z significat duo. redditus enim dicit q̄ redit. q̄ singulis annis redeat. vnde ouidius ō fine titulo turpithoꝛi. Reddit⁹ cēsus auge rephos Itē reditus, i. reuersio. vñ ouiō. Et si vela queroꝛ reditu verbi carere fide. et dic redditus. i. census qui singulis reddūtur. Nota possessiones. possessio scōm azo. C. de acqui. z retinē. possess. est corporal' rei detentio corpis z animi z iuris amminiculo cōcurrente. vel sic. Possessio est ius q̄dam quo aliq̄s rē corpalez vere in prāte hz z corpalis rei. ideo quia sola corpalia possident. Incorpalia aūt dicunt quasi possideri z q̄i tradi per patientiā z vsum. Haz incorpalia nō pñt corpaliter apprehēdi. sicut sunt iura z seruitutes. z ideo non possidentur. c. conquestus. de foro cōpetē. in. glo. ff. de vsuca. l. sequitur. §. si vina. z tñ pscribuntur. Possessiones sunt agri: fundi: late patētes publici puati quos etiaz inicio quisq̄ vt potuit occupauit atq̄ possedit. inde possessiuncula cule. i. parua possessio nomē diminutiuum de possessio onis.

i vna Casus papa vel epūs cōsiderans pauptatem alicuius ecclesie voluit vnire aliam ecclesiam illi eccie certe ex cauk. Et ponam⁹ q̄ iste ecclesie hñt rectoꝛes. queritur vtruz ad vnionem requirak consensus rectoꝛ. dicit nō. Sed q̄d si velit vnire ecclesiam prochialem alicui monasterio querit vtrū requratur p̄sensus rectoꝛis. dicit q̄ nō. tñ nō akferk ꝓpter aliqđ p̄iudiciū ipi⁹ rectoꝛi durāte vita sua. sz quantū ad valitindinē vnionis ñ req̄rit⁹ p̄sens⁹ rectoꝛ. Sz q̄d si epūs vult vnire eccīam sue mēse epali querit vtr̄ possit cū cōsensu capituli. Dicit q̄ nō: q̄ nō pt se auctoꝛisare in cā sua. sed op⁹ est q̄ adeak archiepūs. Sed vtrū ipe possit aliquā ecclesiam prochialē vnire mēse sui capli. Dicit q̄ nō. q̄ ca. nō pt dare p̄sensum ad suā vtilitatē. b. d. b. r. Colligo aliq̄ notabilia. Prīo noto q̄ epūs pt vnire vnā eccīam alteri sine consensu rectoꝛis. sed tñ per hoc nō fit p̄iudiciū ipi rectoꝛi. No. q̄ epūs alicui loco religioso pt cōcedere aliq̄s eccīas cū consensu capli. c. pastoꝛalis. de donatōnibus in an. tñ vt dictū est nō fit p̄iudiciū rectoꝛi. c. p̄sultationibus. eo. ti. in. anti. No. q̄ antiq̄tus vt epūs essz particeps in suffragijs aliquoꝝ religiosoꝝ donabat ecclesiam tenendaz cum perceptione iuriū z fructuuz. Nota p hoc q̄ dicit decernimus q̄ hic papa induxit nouum ius.

de rerũ permutatione

Visum est supra de bonis ecclesie nõ alienandis dubitaret aliquis vtrum res ecclesie possent permutari. hoc est de vna persona in aliam transferri. ideo annectit rub. de rerum permuta.

De concessione

Presupponẽdus est primo illõ quod habetur in. ca. vnico. eo. ti. in vi. videlicet ꝙ beneficiũ qõ est resignatũ in manibus supioris causa permutationis faciende ꝙ per talem resignationẽ non dicuntur beneficia vacare sic ꝙ possit alteri qui non sit de compmutatõntibus conferre. Secũdo presupponendũ est ꝙ actus legitimi non recipiũt diem nec cõditionem. ⁊ sicut collatio beneficij non põt fieri sub cõditione: ita nec resignatio. Lasus. Cum possideres iuste ⁊ canonice aliquod beneficiũ michi ꝓpriũ. ⁊ ego possidere aliud tibi beneficiũ ꝓpriũ affectabam⁹ permutare adinuicem hmõi beneficia. Et tractauimus de pmutandis beneficijs nris. qui tractatus est pmissus dũmodo non fiat pactio arestata inter ptes. sed totum ponatur in arbitrio supioris: accessimus ad episcopũ ⁊ supplicabamus vt ipe vellet acceptare resignatões causa permutatõis faciende. epũs recepit resignationez ⁊ sic vacauerunt nostra beneficia. querit vtrũ epus possit illa beneficia vacantia conferre ⁊ dare quibus voluerit. dicit ꝙ non. sed tuum mihi⁊ meũ tibi cõferre debet. h. d. b. r. Colligo aliqua notabilia. Primo ꝙ quis nõ debet decipi legis auctoritate. Scõo ꝙ beneficia vacantia causa pmutatõis faciende nã possunt cõferri nisi cũ cõpermutãtibus Noto tercio ꝙ volentibus pmutare sua beneficia licitum est exprimere ꝙ resignãt cã permutationis faciende ⁊ non alias.

De testamentis ⁊ vltimis voluntatibus.

Visum est sup̃ de actibus viuentium. nunc videndũ est de actib⁹ decedentiũ siue morientiũ. ideo annectit rubricaz.

Religiosis

Presupponendũ est primo ꝙ ad curiã epi spectat ⁊ pertinet vt vltime volũtates demandant executioni. Et ex officio potest cogere executores vel heredes ad exequendum huiusmodi voluntates ⁊ reddendũ rõem de bis q̃ fuerunt relicta a testatore. Secũdo pponendũ est ꝙ religiosi nõ pũt deputari executores alicuius testamẽti sine consensu sui abbatis. Las⁹. Ticius tendẽs ad mortem fecit suũ testamtũ: instituit pauperes heredes: vel aliqua legata eis reliquit ad exeq̃ndũ suam volũtatẽ fecit suũ executorem aliquẽ religiosum q̃ acceptauit huiusmodi officium executoris petita ꝑmus licẽtia a suo abbate ⁊ obtenta. Epus voluit cogere illũ religiosũ vt oñderet qual⁹ fuerit executus volũtatẽ testatoris. dicit ille religiosus ꝙ erat exempt⁹ a iurisdcõe epi: ⁊ ꝙ nõ tenebat cozã eo cõparere: q̃ritur: vtz iste religios⁹ bñ dicat. Dicit ꝙ nõ: immo nõ obstante sua exẽptione põt compelli ad reddẽdũ rõez. ⁊ si deliq̃rit epus poterit illum punire. h. d. h. r. Colligo aliqua notabilia. Primo ꝙ religiosus datus executor ab aliquo testatore nõ potest huiusmõi officiũ acceptare nisi petita ⁊ obtenta licẽtia a suo abbate. Scõo ꝙ epus põt cogere heredes qñ nõ sũt executores spẽaliter deputati ad reddẽdũ rõem q̃l⁹ impleuerũt volũtatẽ defuncti. Tercio ꝙ si executor testamenti deliquerit in exeq̃ndo testamento: epus poterit illum punire. Noto casum in quo exempti perdũt ꝓuilegium exemptõis vez si fuerint deputati executores alicuius testamenti Aliuz casũ habes in. c. i. ifra. ti. p. No. tex. vtiq⁹. i. certe. No. ꝓscindere. i. añ scindere ⁊ prętre siue occurrere delictis. nã q̃s dz prescindere materiã delinquendi q̃n obuiat rei q̃ posset esse causa delinq̃ndi: vt hic qz non vult ꝙ religiosi sint executores sine licentia sui abbatis Item vult ꝙ nõ obstante exemptione reddant rõem sue executionis

De sepulturis

Visuz est s̃ de testamẽtis. vez q̃ testatores in testamẽto eligũt suas sepulturas ideo annectit rubricam

Os qui.

La. Certis ex causis epũs istã citatẽ sub
e .nterdcõ eccl̃as. c⁹ inf dicti effect⁹ ⁊
vt tempe interdicti nõ administrent inj

